



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ**

**Roth von Schreckenstein, Hieronymus**

**Ingolstadii, 1550**

**VD16 R 3252**

Idem Platina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30126**

ROMANAE ECCLESIAE.  
IDEM PLATINA DE  
Diuo Petro scribens.

Cum hæc autem ita disposuisset, non multo post, unâ cum Paulo iussu Neronis necatur, ultimo eius anno; diuersis tamen cruciatibus. Petrus enim cruci affigitur, capite in terram uerso, eleuatisq; in sublime pedibus, ita enim uoluit, quod diceret se indignum esse, qui mortem Saluatoris imitaretur, sepultus est autem in Vaticano uia Aurelia secus hortos Neronis non longè à uia triumphantali, quæ ad Apollinis templum ducit. Paulus uero eodem die capite mulctatus est, funeratur in uia Hostiensis. Anno post mortem CHRISTI XXXVII.

IDEM PLATINA.

Petrus itaque Romam Caput orbis terrarum tunc uenit, quod hanc sedem Pontificali dignitati conuenientem cernebat.

EVTORPIVS RERVM ROMANARUM Lib. VII. De Nerone.

Deniq; omnibus flagitijs suis etiam hoc addidit, quod Sanctos Dei Apostolos, Petrum Paulumque trucidauit.

C Baptista